




AD
Kunographiam Scandinaviae
ACCESSIONES NOVÆ.



QUARUM

PARTICULAM PRIMAM

VENIA AMPL. FAC. PHILOS. UPSAL.

PRÆSIDE

MAG. JOH. HENR. SCHRÖDER

REG. ACAD. BIBLIOTHECARIO, HISTOR. LITT. ET ARCHAEOLO. PROF. REG. ET ORD.
NUMOHYLACII ACAD. PRAEFECTO, REG. ACAD. LITT. HUM. HISTOR. ET ANTIQU. STOCKH.
REG. SOCIET. SCIENT. UPSAL. REG. SOCIET. SCIENT. ET LITT. HUM. GOTHOB.
REG. SOCIET. HISTOR. SCAND. STOCKH., REC. SOCIET. SCIENT. KIDAROS,
REG. SOCIET. ANTIQUAR. HAFNIENS. ET EDINBURGENS.
SOCIET. HIST. ET ANT. POMER. SOCIET. LITT. ET ART.
MITAVIENS. MEMBRO, NEC NON SOCIET. LITT. ISL.
HAFNIENS. CET. MEMBRO HONORARIO.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

ANDREAS JACOBUS CNATTINGIUS

STIP. FLODIN. OSTROGOOTHUS.

IN AUDIT. GUSTAV. DIE XI JUNII MDCCCXXXIII.

H. A. M. S.

UP SALIAE

EX CUDEBANT REGIAE ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

HÖGVÄLBORNA

FRU HOFMARSKALKINNAN

SOPHIE ELEON. JENNINGS

FÖDD FRIHERRINNA ROSENHANE

Helgas Dessa Runor

Såsom ett Ringa Vedermäle

af

Förre Rosenhanske Stipendiatens

Vördnad och Tacksamhet.

HANDELSMANNEN

HÖGÅDLE

HERR JOHAN CARLSON

SAMT

HÖGÅDLA

FRU SOPHIE CARLSON
FÖDD WADSTRÖM

tacksamt tillegnadt

af

A. J. CNATTINGIUS.

DOMINO COMMINISTRO

N I C O L A O R Y B A E C K

P r æ c e p t o r i O p t i m o

S a c r u m

AD

RUNOGRAPHIAM SCANDINAVIAE
ACCESSIONES NOVAE.

I.

Cippus Runicus *In Prædio Hedenlunda, paroecia Wadsbro, Sudermanniaæ.*

HINN*HNRPI: HNP: NINNPNR PHL: RHNND: NPKH:
PHNI: H: NIPITR BRNPNR: NH: (In area) NIMPA:
NNK: HNPK.

Aitilhaufpi (Ædelhöfde) Auk Stinkitil (Stenketyl) þair Raistu Stain þansi at Sikitil (Seketil, Sjöketil) Brupur Siu.. — Sinalr (Sinalfr) Sunr: Alaulf.

Aitilhaufpi Et Stinkitil, II Eregerunt Lapidem Istum Sikitil Fratri Suo (et?) Sinalr Filio Alaulf.

Cippus Runicus eximus, IV. ferme ulnas cum dimidia exsuperans, et in area Crucis signo notatus, haud ita pridem in muro vel scipimento quodam lapideo horti adjacentis positus, a

parte potissimum inferiori, incuria vel inscitia proh dolor! male truncatus est. Litteras vero evanidas, e schedis Mscr. Pastoris et Praepositi *Laurentii Hallmanni*, in Archivo Ecclesiæ Wadsbroensis residuis, restituere potuimus.

Nomina propria, quæ hoc in lapide offendimus rariora, cum Anglosaxonis in Britannia mire conspirant et sese invicem illustrant. AITILHAUFPI qui primus hoc in cippo occurrit, nomen habet quadamtenus consonum cum EDELAR, EDELNOÐ, EDELZIÐE, EDELFINE cet. Eadem ferme valet obseruatio de iis, qui deinceps sequuntur, e. gr. SIKITIL: Anglosax. GRIMCETEL, VLFCETEL, ARNCETEL cet. SUNALR (quod sine dubio legendum SUNALFR, littera Runica F oscitantia forsitan sculptoris omissa) ZVNOLF, ZVNVLF. Nec non ALAULFR: BEALDVLF, HEAVVLF, GRIMVLF, cet. in Nummis anglosaxonis Æthelredi Regis et Canuti Magni frequenter obviis *).

II.

In prædio Täckhammar, paroecia Bärbo, Sudermannia.

ÍNBIRK: RHINPI: NTÍRK: ÞINI: ÍR: YRI: *H: DÍRP:
TÍNPR: NYNTÍN: INPI.

* Cfr. Numismata Anglosaxonica in Numophylacio Academ. Upsal.

*Aubirn Raisþi Stain þansi At Kari Han varþ Tauþr
Onklanti (Inklanti) I Liþi.*

Aubirn Erexit Istum Lapidem Kari. Ille Fuit
Mortuus Angliae In Liti.

Cippi Runici, quotquot sub N:o II. III. IV. heic sistimus, paucis abhinc annis detecti sunt, quum aetate collapsa reficerentur ecclesiæ Råbyensis sœpimenta, ubi lapidum in congerie hactenus delituerunt. Jam vero migrarunt ad predium adjacens Täckhammarense, ibique in luco amoenissimo collocati sunt. Omnes minoris sunt moduli, ulnam unam cum dimidia vix superant, de cetero a vulgatori lapidum Runicorum materia, quæ *Gneis* sœpissime audit, diversi, scilicet lapide quodam tenui et rubicundo (*röd sandsten*) excisi *). Cum vero Geologi affirmant, hujus materiae lapides non esse Sudermanniae indigenas, ad fidem primum est, hosce lapides ex Ölandia, insula horum ferraci, fuisse luc advectos.

Primus eorum, a nobis sub N:o II. heic descriptus, non uno nomine memorabilis, inscriptionem Runicam, in forma Crucis majoris scite adornatam, habet, quam pag. V. delineatam sistimus.


*^o) In Sudermannia Lapidem Runicum ejusdem materiae haud ita pridem observavimus in ecclesia Ytier Järna, ante foras.

4

Peregrinationes, quas hic etiam cippus meminit, in Angliam *Anklant*, ጥብጥብብ, *Inklant* ከዕዕብብ, *Oklant* ባየብብ *) variis modis expressas invenies. Nostro in cippo ባየብብ audit, quod, si ad compendia runarum frequentissima attendere velis, commode legi potest *Onklanti*. Iis non adversabimur, qui litteram ꝑ loco ꝑ ossitanter sculptam vellent. Alia etiam de caussa hoc monumentum Runicum adcuratori examine dignum habeatur, quatenus non solum regionem indicat, sed etiam locum seu portum maritimum, quo hic infelix navigator fatis concessit. Scil. INTI, i Liti, quæ nisi nos omnia fallunt criteria, optime quadrant in *Leith*, portum Scotiæ famosissimum, ad ostia fluvii ejusdem nominis situm, et receptaculum Vikingis e Scandinavia navigantibus (*Westrwegr*) egregium ac opportunum. Unicum tantummodo habemus ejusdem commatis monumentum, scilicet Lapidem Smoldaniæ Runicum, quem meminit Cel. *Liljegren* in *Runographia* sua haud ita pridem edita **), memoriae consecratum eujusdam Gunnari, qui obiit in urbe Angliae *Bath*, ꝑ ዘዕዕሮ, et a fratre suo *Helgone* in conditorum illatus est lapideum. Qui locus mirifice illustrat, ut obiter id moneamus, quæstionem illustrem de ætate ejusmodi monumentorum lapideorum, quibus Gothia occidentalis ante omnes superbit.

*) *Wormius* in *Monum.* 493: *Iklot*, IPNTP. Cfr. Göransson, *Bautil* N:o 1046.

**) *Runlära*. Stockh. 1832.

Lapis Runicus Täckhammarensis. N:o II.

III.

Ibidem.

. . . . N: RINTI: NTI: IT: BNRNPNR: NI: NTNRYHT: Ylfht.

. . . . s Risti Stin At Thuri Burupur (sic) sin Sturman Guþan.

. . . . s Erexit Lapidem Thuri Fratri Suo Naucle-ro Optimo.

Nomina Thuronis et Thoronis etiam in monumentis Anglo-saxoniceis promiscue usurpantur, ex. gr. ÐVRIM, ÐVRZTAN, ÐVRVLF qui et ÐOROLF in numo Æthelredi Regis, in Museo Upsaliensi adservati, audit. De cetero in hoc lapide prorsus evanuit nomen illius, qui fratri (BNRNPNR pro BRNPNR) hocce pietatis praestitit officium.

IV.

Ibidem.

YNNRI: NYNDR: *ITPN: NTII: IT: NYRPI:

Gunlifi Sigmundr Hiaku Stain At Vikarþi.

Gunlifi Et Sigmundr Inciderunt Cippum Vikarþi.

V.

In villa Bönestad, Paroecia Helgona Socken dicta,
Sudermanniae.

ΣΥΜΥΡ : ΣΙΝΗ : ΝΤΙΝ : ΣΥΜΥΡΙΑ : ΤΟΦ : ΣΥΜΥΡΙΑ :

Sumur. Hauka. Stin. Sumir. Tuf Austr.

Sumur Incidit Cippum Sumur mortuo In Oriente.

Ita comparatam nos haud ita pridem vidimus et examinavimus hujus lapidis inscriptionem, quam et meminit *Ol. Celsius*, et in Actis Litter. Sveciae an. 1736 *) inseruit ad calcem aliquanto locupletiorem, qua probaret Sumirum istum in Oriente obiisse, in urbe Asarum (ΣΥΜΥΡΙΑ ΗΠΩ) in *Tuna Asu*, quam tamen lectionem nec affirmare nec negare possumus, cum nostris diebus quotidiano conculcantium usu tritus est hic lapis ad ostia domunculae scalae loco positus. Observamus tamen, quod Rev. *Celsius*, judex harum litterarum consummatissimus, non εὐτόπτης hanc lectionem admiserit, sed ex aliis communicatam suos in usus convertisse.

Nomen Sumuri de cetero cognationem ostendit cum **ZVMERLID**, **ZVMERLEDI** in numis Anglosaxonicis obviis, ut de lectione dubium non oriri possit, quamvis idem nomen bis repititum nos offendit.

*) Item *Sundler*, in Diss. de Nycopia. P. post.

VI.

*In Paroetia Lista Sudermanniae. In Annulo ferreo
olim Januae ipsius ecclesiæ affixo.*

BENIR : NICOLAS.

Petriur. Niculaus.

Petrus. Nicolaus.

Nominibus Petri et Nicolai, hoc in annulo obviis, nomina Patronorum hujuscæ Ecclesiæ forsitan indicantur.

In priori vocabulo Littera ; sequiorem ætatem arguit. In posteriori vero Littera † pro † usurpatum credimus.

